



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 112. Joannis Palæologi Imperatoris Constantinopolitani extrema

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæcul. XV. ut vix sibi, quo tenuiter viveret, retine-
 A. C. 1445. ret. Gregorius Papa Patruus ejus illum
 ad Cardinalium Collegium adscivit, An-
 no supra millesimum quadringentesimo
 octavo, & primo in Franciam, demum
 in Germaniam Legatum decrevit. Dici-
 tur scripsisse Historiam rerum sua ætate
 gestarum, quæ hæcenus inedita exstat
 Venetiis in Bibliotheca Ecclesiæ S. Geor-
 gii Canonorum Regularium, quorum
 institutum ipsemet hic Cardinalis una-
 cum Eugenio IV. & Laurentio Justinia-
 no olim professus est.

§. CXII.

*Joannis Palæologi Imperatoris Con-
stantinopolitani obitus.*

Nacler. ge- Joannes Manuel Palæologus Imperator
ner. 39. p. 470 Constantinopolitanus eodem quoque
 anno die trigesima prima Octobris na-
 turæ debitum solvit, spe frustratus unio-
 nis inter Græcos stabiliendæ, quam ta-
 men tot laboribus impigre susceptis pre-
 movere studuerat. Ita nempe, divina
 providentia ob fines suos altissimos hu-
 manæ cognitioni impervios permittit, ut
 non raro justissima, ac optima consilia o-
 ptato destituantur successu. Reliquit
 imperium vere dilaceratum, quod partim
 formidanda Turcarum potentia, ac sum-
 ma Græcorum imbecillitate, partim fu-
 nestis

nestis diffensionibus in Imperiali familia
 grassantibus extreme erat desolatum.

Sæcul. XV.
 A. C. 1445.

Quippe quatuor Joannis Fratribus sine
 prole decedentibus, ceteri duo natu ma-
 jores Constantinus, & Demetrius inter
 se de imperio contendebant, Constantino
 illud jure primogenituræ sibi vendicante,
 Demetrio autem natalium suorum præ-
 rogativam obtendente, eoquod ipse Ma-
 nuele Patre suo ad solium jamjam eve-
 cto genitus esset.

§. CXIII.

*Amurates a Græcis circa Imperatoris
 electionem in consilium vocatus.*

Populus Constantino, utpote animi
 moderatione, ac ingenuitate Fratrem
 suum longe superanti favebat; cum vero
 Demetrius non minorem pro se haberet
 factionem, Græci, quem eligerent, ab
 Amurate consilium quærebant, perinde
 ac si ipse jam tum Dominus & Imperii
 arbiter esset.

§. CXIV.

*Constantinus Joannis Palæologi fra-
 ter imperii Successor.*

Amurates delatam sibi Constantinum,
 quem potissima urbis pars Imperato-
 rem renuntiaverat, confirmandi auctori-
 tatem

Hist. Eccles. Tom. XXVIII. l. I